

## CYAGRUS. Mart.

**Cyagrus cocoïdes** var. *linearifolia*. — Hæc varietas differt stipite longiore (3<sup>m</sup>), tenuiore, basi conica, ligno duriore et præsertim foliolis valde linearibus et drupa longiore.

**Hab.** hæc varietas ad fluvium Trombetas in insula montosa in lacu Agua Fria, ad umbram silvarum simul cum *Geonoma pichnostachyde*, Mart. quam fructibus ornatam inveni.

(Barb. Rod. hb. Palm. 380)

Vulgo appellatur *Jatá-y*. *C. cocoïdes* utitur nomine *Jatá* apud Monte-Alegre, *Cunhã-hen* ad Tapajós et *Pererema* in provincia Amazonica.

